

四旬期第三週星期五

紫色

在封齋的嚴酷時期內，聖教激動基督徒們信賴天主的仁慈。在昔天主藉梅瑟的手曾使石巖中湧出流水，以解以民在曠野中的口渴（書信）；現今同樣的，基督用聖寵活水源泉的聖體聖事，強化祂的民眾于向天堂的路途中（福音，領主詠）。

附註：聖教初期的基督徒，在羅馬地窟的牆上或墳地內，每每繪有這種象徵意義的幕景；但在他們的圖案中，已不是梅瑟，却是聖伯多祿擊着巖石了；這巖石便是指着基督，以伯多祿為首的教會，把從這巖石中所湧出的聖寵，分配與普世的人。

詠 85 : 17 , 1

Fac mecum, Dómine, signum in bonum: ut vídeant, qui me oderunt, et confundántur: quóniam tu, Dómine, adiuvísti me et consolátus es me. Inclína, Dómine, aurem tuam, et exáudi me: quóniam inops et pauper sum ego. Glória Patri,

Ieiúnia nostra, quæsumus, Dómine, bénigno favóre proséquere: ut, sicut ab aliméntis abstinémus in córpore; ita a víitiis ieiunémus in mente. Per Dóminum nostrum.

戶 20 : 1 – 3 , 6 – 13

In diébus illis: Convenérunt filii Israël adversum Móysen et Aaron: et versi in seditiónem, dixerunt: Date nobis aquam, ut bibámus. Ingressúsque Móyses et Aaron, dímissa multitúdine, tabernáculum fœderis, corruérunt proni in terram, clamaverúntque ad Dóminum, atque dixerunt: Dómine Deus, audi

進臺詠

上主啊！求祢將祢愛護的記號指示給我，使惱恨我的人看到而羞愧難過。因為祢援助了我，安慰了我。上主啊！求祢側耳俯聽我，因為我是困苦貧寒的。光榮歸於父.....。

集禱經

主，求祢以祢的慈佑，協助我們進行我們的齋戒，使我們不但在肉身上守齋節食，也能在靈魂上剋慾寡過。因我們主.....。

書信

以色列子民全會眾於正月來到了親曠野，人民就在卡德士住下了。米黎盎在那裡死了，也就埋葬在那裡。會眾沒有水喝，就聚在一起反抗梅瑟和亞郎。民眾同梅瑟爭辯說：「巴不得我們的兄弟在上主面前死去時，我們也死了！梅瑟和亞郎遂離開會眾，來到會

clamórem huius pópuli, et áperi eis thesáurum tuum, fontem aquæ vivæ, ut, satiáti, cesset murmurátio eórum. Et appáruit glória Dómini super eos. Locutúsque est Dóminus ad Móysen, dicens: Tolle virgam, et cóngrega pópulum, tu et Aaron frater tuus, et loquímini ad petram coram eis, et illa dabit aquas. Cumque edúxeris aquam de petra, bibet omnis multitúdo et iuménta eius. Tulit ígitur Móyses virgam, quæ erat in conspéctu Dómini, sicut præcéperat ei, congregáta multitúdine ante petram, dixítque eis: Audíte, rebélles et incréduli: Num de petra hac vobis aquam potérimus eiícere? Cumque elevásset Móyses manum, percútiens virga bis sílicem, egréssæ sunt aquæ largíssimæ, ita ut pópulus bíberet, et iuménta. Dixítque Dóminus ad Móysen et Aaron: Quia non credidístis mihi, ut sanctificarétis me coram filiis Israël, non introducétis hos pópulos in terram, quam dabo eis. Hæc est aqua contradicciónis, ubi iurgáti sunt filii Israël contra Dóminum, et sanctificátus est in eis.

詠 27 : 7 , 1

In Deo sperávit cor meum, et adiútus sum: et reflóruit caro mea, et ex voluntáte mea confitébor illi. Ad te, Dómine, clamávi: Deus meus, ne síleas, ne discédas a me.

詠 102 : 10 ; 78 : 8 – 9

Dómine, non secúndum peccáta nostra, quæ fécimus nos: neque secúndum iniquitátes nostras retríbuas nobis. Dómine, ne

幕門口，俯伏在地；上主的榮耀遂發顯給他們。上主吩咐梅瑟說：

「你拿上棍杖，然後你和你的兄弟亞郎召集會眾，當著他們眼前對這磐石發命，叫磐石流水。這樣你便可使水由磐石中給他們流出，給會眾和他們的牲畜喝。」梅瑟就照上主吩咐他的，由上主面前拿了棍杖。梅瑟和亞郎召集會眾來到磐石前，對他們說：

「你們這些叛徒，聽著！我們豈能從這磐石中給你們引出水來？」梅瑟遂舉起手來，用棍杖打了磐石兩次，纔有大量的水湧出，會眾和他們的牲畜都喝夠了。上主卻對梅瑟和亞郎說：「因為你們沒有相信我，使我在以色列子民眼前被尊為聖，所以你們不得領這會眾進入我賜給他們的土地。」這就是默黎巴水的來歷，因為以色列子民在那裡與上主爭辯過，上主因而顯示了自己的聖德。

臺階詠

我一心倚恃天主，我得了扶助，我的身恢復青春，我必全心頌揚祂。上主、我的天主啊！我向祢呼籲，求祢不要對我緘口不語，求祢莫要遠離我。

連唱詠

主啊！求祢不要按我們所犯的罪惡，對待我們；求祢不要按我們的過犯、報應我們。主啊！求祢

memínēris
iniquitātum nostrārum antiquārum:
cito anticipent nos misericórdiæ tuæ,
quia páuperes facti sumus nimis. Hic
genuflectitur Adiuva nos, Deus,
salutāris noster: et propter glóriam
nóminis tui, Dómine, libera nos: et
propítius esto peccátis nostris, propter
nomen tuum.

若 4 : 5 – 42

In illo témpore: Venit Iesus in
civitátem Samaríæ, quæ dicitur
Sichar: iuxta prædium, quod dedit
Iacob Ioseph, filio suo. Erat autem ibi
fons Iacob. Iesus ergo fatigátus ex
itínere, sedébat sic supra fontem.
Hora erat quasi sexta. Venit múlter de
Samaría hauríre aquam. Dicit ei
Iesus: Da mihi bíbere. - Discípuli
enim eius abierant in civitátem, ut
cibos émerent. - Dicit ergo ei múlter
illa Samaritána: Quómodo tu, Iudæus
cum sis, bíbere a me poscis, quæ sum
múlter Samaritána? non enim
cōtúntur Iudæi Samaritánis.
Respōdit Iesus et dixit ei: Si scires
donum Dei, et quis est, qui dicit tibi:
Da mihi bibere: tu fōrsitan petísset ab
eo, et dedísset tibi aquam vivam.
Dicit ei múlter: Dómine, neque in quo
háurias habes, et púteus altus est:
unde ergo habes aquam vivam?
Numquid tu maior es patre nostro
Iacob, qui dedit nobis púteum, et ipse
ex eo bibit et filii eius et pécora eius?
Respōdit Iesus et dixit ei: Omnis,
qui bibit ex aqua hac, sítiet íterum:
qui autem bíberit ex aqua, quam ego
dabo ei, non sítiet in ætérnum: sed
aqua, quam ego dabo ei, fiet in eo
fons aquæ salientis in vitam ætérnam.

不要追念我們已往的過犯，而懲
罰我們，願祢的慈悲、速來救濟
我們，因為我們太荏弱了。（此
處跪下）天主啊！我們的救援啊！
因祢聖名的榮耀、救助我們。因
祢的聖名、解救我們，饒恕我們
的罪惡。

福音

那時候、耶穌來到了撒瑪黎雅的一
座城，名叫息哈爾，靠近雅各
伯給他兒子若瑟的莊田，在那裡
有「雅各伯泉」。耶穌因行路疲
倦，就順便坐在泉傍；那時，大
約是第六時辰。有一個撒瑪黎雅
婦人來汲水，耶穌向她說：「請
給我點水喝！」那時，祂的門徒
已往城裡買食物去了。那撒瑪黎
雅婦人就回答說：「祢既是個猶
太人，怎麼向我一個撒瑪黎雅婦
人要水喝呢？」原來，猶太人和
撒瑪黎雅人不相往來。耶穌回答
她說：「若是你知道天主的恩賜，
並知道向你說：『給我水喝』的
人是誰，你或許早求了祂，而祂
也早賜給了你活水。」那婦人問
說：「先生，祢連汲水器也沒有，
而井又深，祢從那裡得那活水呢？
難道祢比我們的祖先雅各伯還大
嗎？他留給了我們這口井，他和
他的子孫以及他的牲畜，都曾喝
過這井裡的水。」耶穌回答說：
「凡喝這水的，還要再渴；但誰
若喝了我賜與他的水，他將永遠
不渴；並且我賜給他的水，將在

Dicit ad eum mulier: Dómine, da mihi hanc aquam, ut non sítiam neque véniam huc hauríre. Dicit ei Iesus: Vade, voca virum tuum, et veni huc. Respóndit múlter, et dixit: Non hábeo virum. Dicit ei Iesus: Bene dixísti, quia non hábeo virum: quinque enim viros habuísti, et nunc, quem habes, non est tuus vir: hoc vere dixísti. Dicit ei múlter: Dómine, vídeo, quia Prophéta es tu. Patres nostri in monte hoc adoravérunt, et vos dícitis, quia Ierosólymis est locus, ubi adoráre opórtet. Dicit ei Iesus: Múlter, crede mihi, quia venit hora, quando neque in monte hoc, neque in Ierosólymis adorábitis Patrem. Vos adorátis, quod nescítis: nos adorámus, quod scimus, quia salus ex Iudáeis est. Sed venit hora, et nunc est, quando veri adoratóres adorábunt Patrem in spíritu et veritáte. Nam et Pater tales quærit, qui adórent eum. Spíritus est Deus: et eos, qui adórant eum, in spíritu et veritáte opórtet adoráre. Dicit ei mulier: Scio, quia Messías venit [qui dícitur Christus]. Cum ergo vénerit ille, nobis annuntiábit ómnia. Dicit ei Iesus: Ego sum, qui loquor tecum. Et contínuo venérunt discípuli eius: et mirabántur, quia cum muliere loquebátur. Nemo tamen dixit: Quid quæris, aut quid loquéris cum ea? Reliquit ergo hýdriam suam múlter, et ábiit in civitátem, et dicit illis homínibus: Veníte, et vidéte hómínem, qui dixit mihi ómnia, quæcúmque feci: numquid ipse est Christus? Exiérunt ergo de civitáte, et veniébant ad eum. Intérea rogábant eum discípuli, dicéntes: Rabbi,

他內成為湧到永生的水泉。」婦人說：「先生，請給我這水罷！免得我再渴，也免得我再來這裡汲水。」耶穌向她說：「去，叫你的丈夫，再回這裡來。」那婦人回答說：「我沒有丈夫。」耶穌說：「你說：『我沒有丈夫』，正對；因為你曾有過五個丈夫，而你現在所有的，也不是你的丈夫：你說的這話真對。」婦人向他說：「先生，我看祢是個先知。我們的祖先一向在這座山上朝拜天主，你們卻說：應該朝拜的地方是在耶路撒冷。」耶穌回答說：「女人，祢相信我罷！到了時候，你們將不在這座山，也不在耶路撒冷朝拜父。你們朝拜你們所不認識的，我們朝拜我們所認識的，因為救恩是出自猶太人。然而時候要到，且現在就是，那些真正朝拜的人，將以心神以真理朝拜父，因為父就是尋找這樣朝拜祂的人。天主是神，朝拜祂的人，應當以心神以真理去朝拜祂。」婦人說：「我知道默西亞——意即基督——要來，祂一來了，必會告訴我們一切。」耶穌向她說：「同你談話的我就是。」正在這時，祂的門徒回來了，他們就驚奇祂同一個婦人談話；但是沒有人問：「祢要什麼？」或：「祢同她談論什麼？」於是那婦人撇下自己的水罐，往城裡去向人說：「你們來看！有一個人說出了我所作過的一切事：莫非祂就是默

mandúca. Ille autem dicit eis: Ego cibum habeo manducáre, quem vos nescítis. Dicébant ergo discípuli ad ínvicem: Numquid áliquis áttulit ei manducáre? Dicit eis Iesus: Meus cibus est, ut fáciam voluntátem eius, qui misit me, ut perfíciam opus eius. Nonne vos díctis, quod adhuc quátuor menses sunt, et messis venit? Ecce, dico vobis: Leváte óculos vestros, et vidéte regiónés, quia albæ sunt iam ad messem. Et qui metit, mercédem áccipit, et cóngregat fructum in vitam ætérnam: ut, et qui séminat, simul gáudeat, et qui metit. In hoc enim est verbum verum: quia álius est qui séminat, et álius est qui metit. Ego misi vos métere quod vos non laborástis: alii laboravérunt, et vos in labóres eórum introístis. Ex civitáte autem illa multi credidérunt in eum Samaritanórum, propter verbum mulíeris testimónium perhibéntis: Quia dixit mihi ómnia, quæcúmque feci. Cum veníssent ergo ad illum Samaritáni, rogavérunt eum, ut ibi manéret. Et mansit ibi duos dies. Et multo plures credidérunt in eum propter sermónem eius. Et mulíeri dicébant: Quia iam non propter tuam loquélam crédimus: ipsi enim audívimus, et scimus, quia hic est vere Salvátor mundi.

詠 5 : 3 – 4

Inténde voci oratiónis meæ, Rex meus, et Deus meus: quóniam ad te orábo, Dómine.

西亞嗎？」眾人從城裡出來，往祂那裡去。這其間，門徒請求耶穌說：「辣彼，吃罷！」祂卻回答說：「我已有食物吃，那是你們所不知道的。」門徒便彼此問說：「難道有人給祂送來了吃的嗎？」耶穌向他們說：「我的食物就是承行派遣我者的旨意，完成祂的工程。你們不是說：還有四個月纔到收穫期嗎？看，我給你們說：舉起你們的眼，細看田地，莊稼已經發白，可以收割了。收割的人已領到工資，且為永生收集了果實，如此，撒種的和收割的將一同喜歡。這正如俗語所說的：『撒種的是一人，收割的是另一人。』我派遣你們在你們沒有勞過力的地方去收割；別人勞了力，而你們去收穫他們勞苦的成果。」城裡有許多撒瑪黎雅人信從了耶穌，因為那婦人作證說：「祂向我說出了我所作過的一切。」這樣，那些撒瑪黎雅人來到耶穌前，請求祂在他們那裡住下；耶穌就在那裡住了兩天。還有更多的人因著祂的講論，信從了祂。他們向那婦人說：「現在我們信，不是為了你的話，而是因為我們親自聽見了，並知道祂確實是世界的救主。」

奉獻詠

我的君王，我的天主，請聽我祈禱的聲音！上主，我在向祢哀懇。

密禱經

Réspice, quæsumus, Dómine, propítius ad múnera, quæ sacrámus: ut tibi grata sint, et nobis salutária semper exsístant. Per Dóminum nostrum.

Vere dignum et iustum est, æquum et salutáre, nos tibi semper et ubíque grátias ágere: Dómine, sancte Pater, omnípotens ætérne Deus: Qui corporáli ieiúnió vítia cómprimis, mentem élevas, virtútem largíris et præmia: per Christum Dóminum nostrum. Per quem maiestátem tuam laudant Angeli, adorant Dominationes, tremunt Potestátes. Cæli cælorúmque Virtútes, ac beáta Séraphim, sócia exsultatióne concélebrant. Cum quibus et nostras voces, ut admítteri iúbeas, deprecámur, súpplíci confessióne dicéntes:

若 4 : 13 – 14

Qui bíberit aquam, quam ego dabo ei, dicit Dóminus, fiet in eo fons aquæ salíentis in vitam ætérnam.

Huius nos, Dómine, percéptio sacraménti mundet a crimine: et ad cœléstia regna perdúcat. Per Dóminum nostrum.

Præsta, quæsumus, omnípotens Deus: ut, qui in tua protectióne confidimus, cuncta nobis adversántia, te adiuvánte, vincámus. Per Dóminum nostrum.

主，求祢以慈目垂視我們所獻的禮物，使這祭獻能中悅於祢，並常為我們得救的助佑。因我們主……。

四旬期頌謝詞

主、至聖的父、全能永生的天主，我們時時處處頌謝祢，實是正義而必須的，屬於我們天職的，也屬我們的得救。祢藉著我們主基督，以我們於肉身上所甘受的齋苦，來遏制我們的私慾，提高我們的心靈，賜給我們功德和酬報。藉著祂（基督），對於祢的尊威，諸天神予以讚美，宰制者予以欽崇，掌權者予以敬畏，諸天萬軍和普天的異能者以及有福的熾愛者，相與歡欣而予以祝賀。求祢恩准我們的禱聲，也同他們的歌韻合成一起，共發虔恭的頌讚：

領主詠

主說：「凡喝了我賜與他的水，在他內成為湧到永生的水泉。」

領主後經

主，祈望我們所領的這聖事，洗淨我們的罪惡，並領導我們獲登天國。因我們主……。

為教民誦

全能的天主，我們既然全心依恃祢的保護，求祢使我們能賴着祢的助佑，戰勝一切阻逆我們的凶惡。因我們主……。